narum acceptio non est apud deum De cetero / De cetero fratres confor-
tamini in domino et in potentia virtutis eius Induite vos armaturam
dei ut possitis stare adversus insidias dyaboli quia non est nobis //
colluctatio adversus carnem et sanguinem Sed adversus principes et
presidentes potestates adversus mundi rectores tenebrarum harum contra
spiritualia nequitie in celestibus / Propterea accipite armaturam dei
ut possitis resistere in die malo et in omnibus perfecti stare State suc-
cincti lumbos vestros in veritate et induti loricam iusticie et cal-
ciati pedes in preparatione evangelii pacis In omnibus sumentes scu-
tum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extin-
guere et galeam salutis assumite / Orantes omni tempore in spiritu et i [et gladium spiritus quod est verbum dei] [illegible]
ipso vigilantes ~~illud orantes~~ et ratione
in i in instantia et obsecratione pro omnibus sanctis et pro me orantes
ut detur michi sermo in apertione oris mei cum fiducia ~~notum~~ notum facere
misterium evangelii pro quo legatione fungor in cathena ita ut in
in ipso audeam prout oportet me loqui Ut autem et vos sciatis que
circa me sunt quid agam omnia vobis nota faciet tychicus (est) caris-
simus frater meus et fidelis minister in domino quem misi ad vos
in hoc ipsum ut cognoscatis que circa nos ~~sunt et duo~~ sunt et consoletur
corda vestra Pax fratribus et caritas cum fide a deo patre nostro et domino
ihesu christo Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum ihesum christum in in-
corruptione Amen Sequitur ad philipenses epistola

Philipenses sunt macedones hii accepto verbo veritatis persti-
terunt in fide nec receperunt falsos apostolos hos collaudat
apostolus scribens eis a roma de carcere per epafroditum

Paulus et thymotheus servi ihesu christi omnibus sanctis in christo ihesu

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_121_2/0063
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG